Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36883
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

De insula que dicitur agesta venerunt duo reges cum militibus mille ducentis quorum nomina hic expressa non sunt. Item
de regno lessime quod est ultra regnum Amazonum venit quidam rex senex multum. set multa discrecione
conspicuus nomine rex Epistrofus septem liberalibus artibus eruditus. hic duxit secum mille milites et quendam sagittarium
visu mirabilem. Cuius medietas ab umbiculo supra erat homo et ab inde deorsum erat equus et illa medietas que
erat humana tota erat corio coopta piloso sicut corium equi oculos tamen habebat flammeos velut igne rube-
tes. doctus in arcu timorosus tamen aspectus qui adversus grecos pugnando multos timores incussit et dampna
quamplurima dedit eis dum multos ex grecis letiferis vulneribus peremisset. Fuerunt autem milites qui cum hiis
regibus advenerunt preter milites ipsius regis priami et minoris regis indie viginti duo milia. Nunquam enim
ab ipsius mundi constitucione legitur tot milites tot iuvenes bellicosos coactos in unum. Ubi tocius mundi mi-
licie flos tam ex parte troianorum quam ex parte grecorum convenit in unum. Attendant igitur lectores presentis ystorie. qua
levi causa et quam debili racione tot forcium tot maiorum processit interitus. Sane abhominanda sunt scandala
quorum causa debili sint racione subnexa

De recessu grecis recedentibus a portu tenendo et euntibus ad obsidionem civitatis troie.

Mondum quidem greci a Thenedon loco discesserant. Cum inclitus ille palamedes filius regis naupli cum tri-
ginta navibus omnis militibus ibidem applicuit. De cuius adventu greci letati sunt valde quamvis
de mora ipsius multum impingeret contra eum. quia maturius non venisset et propter apud Athenas
qui asserens se fuisse morbo gravi detentum absenciam suam racionabiliter excusavit. hic autem palamedes
inter grecos in honore maximo gerebatur Cum apud maiores grecorum primus consisteret vel secundus potens
scilicet virtute bellandi discretus in omni consilio et specialiter plurimorum divicijs plenus et militibus opulentus
Rogavit ergo eum greci ut unus ex consiliarijs statuatur Quod palamedes gratanter annuit ad postu-
lacione ipsorum. Multis quidem diebus ac noctibus greci convenerunt in unum ut certa consilia scruptare-
tur per que ad obsidendum troianam urbem possent utilius et comodius pervenire. Providerunt quoque primo
ut sub noctis tenebris exequeretur primum opus suum. set timor ductus de recessu navium a loco ubi tunc
erant et accessu ad litora urbis troie ne noctis obscuritas et propter locorum incognita vera noticia navibus
et navigantibus posset inferre discrimine. ab huiusmodi proposito destiterunt. Et ad hunc ex integro eis refferentibus
multa consilia solius diomedis consilium ratum fuit. qui inter grecorum consiliarios tunc hec verba profudit. Audite
universi reges et principes qui nunc presentes potestis audire verba mea et attendite sensum eorum. Multum enim
vereri debemus et multi dedecoris pudore confundi quia iam est annus unus elapsus et plus. quod in hanc terram
venimus. nec ab ea recedere aliqua audacia nos potuit avertere. Ut troiam adhuc vel videre possemus. Quod
dum intendi peregimus. Nichil aliud est vera quod quod inimicis nostris habilitatem prestitimus. ingenium et sensum
acuimus in eis ad inveniendi materiam ut facilius et potencius valeant nos ducere in ruina. Ecce enim
iam postquam hunc venimus. Nec inde discessimus quod pro certo notissimum est nobis troianos et superaddita mul-
ta subsidia per urbem eorum in defensione ipsorum novis muris vallis et cavis paravisse in multa compositione pala-
cium. facilem enim inter habilitatem habuerunt prestita omnia faciendi et causas et materias eorum meliorem procurandi
Cum ipsi iam perceperint et pro certo teneant nos adversus eos procedendi audacia non habere. Et ideo quod magis
hoc negocium differtur tanto magis nobis dampna et dedecora procuramus. Puto enim quod si tanta olim potuis-
semus celeritate fervere quod rata via continuato remigio troiane urbis advenissemus ad litora et repente
propter facilior nobis se prestasset in terram descensus cum troianos inprovisos descendissemus in eis et tunc
nos descendere sit necesse illis prividis et munitis. Moneo ergo si placet ut statim navibus preparatis mane
diluculo nos accingamus ad iter. et apparatibus bellicis instructis. Cursu celeri nos ad troie litora con-
feramus et in potenti virtute bellandi descendamus in terram obsidione tuta contra urbem ipsam omni celeri-
tate firmantes. Scire enim debemus quod troianis nolentibus nunquam hoc poterit fieri a nobis nisi per bellorum discri-
mina et per magna virium nostrarum conmeriem appositam videtur. Rumpamus quoque moras omni alia de
liberacione postposita et quicquid in contrarium posset dici quicquid sit nobis futurum prosperum vel adversum post
terga laxemus. Cum ita fieri sit et vera necesse et palam venire ad effectus propositorum nostrorum comodius
non possimus placuit quoque omnibus absolute datum a diomede consilium quare sequentis diei aurora surgente cum
multa districtione solutis navibus portum exeunt et lato spaciantur in mari ibi plena sunt consilia
Que naves debeant primo procedere et que postea sunt sequentes alto pelago se committunt. primo igitur sta-
tuerunt procedere naves centum extensis velis ventilantibus vexillis bellicis et in castellis erectis et in mul-